Portugalia

In portugalia petrus agnomine infans. ſic eñi filij regis anteqꝫ regnant appellant. magni nominis prin/
ceps qui totam ferme europam peragrauerat ſue virtutis documenta demonſtrans. Cum regnum tuto
rio nomie aliq̄diu ſumma cum laude adminiſtraſſet nec minore fide alphonſo ex fratre nepoti ſimul ⁊ gene
ro ſuo reſtituiſſet. tandē ſubortis vtrimqꝫ diſſenſionibus cum odio creſcente ad p̄lium ventum eſſet ſagitta in
incertū miſſa tranſfixus interijt. vir magnoꝝ operū. Et qui olim ſub ceſare ſigiſmundo ſtipendia faciens nō
paruā ſibi gloriam in turchos pugnando parauerat. Alfonſus exinde manſuetiſſimus princeps alti cordis
et prudentia ſingulari p̄ditus neqꝫ eū vnqꝫ regius portugalia ſanguis deriuatus eſt. poſt hec regnum quie/
te tenuit. cui cū obijſſet dilectiſſima ꝯiunx. eademqꝫ ſoror patruelis vt aliam ſuꝑduceret ſuaderi non potuit.
ſed omnis eius cura eo conuerſa eſt vt aliquid agat quod ſibi laudem ⁊ xp̄iane religioni fructū pariat. Qua
propter inuitatis regni proceribus ſuſcepto publice crucis ſigno claſſem in turchos ⁊ expeditionem ꝑmiſit
Annis vo ſequentibus heinricus infans videns regni portigalie fines paruis limitibꝰ contineri cupiēs re
gnū āpliare oceanū hiſpanicū ſūmis viribꝰ igredit ſuaſu ⁊ doctrina coſmographoꝝ ſitꝰ terre ⁊ maris noſcē
dū. inuētiſqꝫ multis ⁊ varijs inſulis ab hoibꝰ nūqꝫ habitatis. Inter ceteras p̄clarā inſulā nō ſine ſuoꝝ letitia
adnauigat. nō tamen hominibꝰ habitatā ſed fontibus irriguam pingui gleba refertam nemoroſam. incolē-
dis hominibꝰ aptā. ad quā diuerſa hominū genera colendā imiſit. Inter tñ ceteros fructꝰ aptiſſima ē ad pere
gendū zuccaꝝ. qđ tanto fenore ibi nūc cōficit vt vniuerſa europa zuccaro plꝰ ſolito habūdet. nomē inſule ma

derq eſt. inde zuccarū de madera. Inueuit ⁊ alias inſulas ꝗ̄plures q̄s habitari baptizariq; noībus fecit vt inſulā ſcti Georij fayal de pico q̄ru vnā hoībus almanis ex flandria habitandā concessit. feracē tricticij. Annis vo poſterioribus vt anno dn̄i. 1 4 8 3. iohānes ſcd̄s portugalie rex altiſſimi vir cordis certas galeas oībus ad victū neceſſarijs inſtruxit eaſq; vltra colūnas herculis ad meridiē verſus ethiopiā inueſtigaturos miſit. Prefecit aūt his patronos duos Jacobū canū portugalenſem ⁊ martinū bohemū hominē germanū ex nurmberga ſupioris germanie de bona bohemorū familia natū. hoīem inq; in cognoſcendo ſitu terre peritiſſimū mariſq; pacientiſſimū. Quiq; ptholomei lōgitudines ⁊ latitudines in occidente ad vnguē experimēto. lōgeuaq; nauigatione nouit. Hij duo bono deorū auſpicio mare meridionale ſultantes a littore nō longe euagantes ſupato circulo eq̄noxiali in alterū orbem excepti ſunt. vbi ipis ſtantibus orientē verſus vmbra ad meridiē, ⁊ dextrā proiciebat. Aperuere igit ſua induſtria aliū orbem hacten⁹ nobis incognitū ⁊ multis annis a nullis ꝗ̄ ianuenſibus licet fruſtra temptatū. Peracta aūt hmōi nauigatione viceſimo ſexto menſe reuerſi ſunt portugaliā pluribus ob calidiſſimi aeris patientiā mortuis. Inſignū aūt portauere pip grana padiſi. multaq; alia q̄ longū eſſet recenſere. Aperto illo orbe magna piperis ꝗ̄titas flandriā verſus vehit. ⁊ licet nō ſit adeo rugoſum vt oriētale tn̄ acumen formā ⁊ oīa vtverū pip p̄ ſe fert. Multa ea de re ſcribenda forent q̄ ne tedij agrauar bono reſpectu omiſi.

Italia

Ultimis europe finibus pagratis ⁊ ꝗ̄tū ꝓpoſiti noſtri fuit ſeptētrione decurſo in patriā tandē reuerſus nouitates italie cū iā referende occurrāt. ab ea nimirū vrbe incipiendū eſſe arbitror cuius creberrimas mutationes ⁊ oriens ſimul ⁊ occidens admirat. Ea eſt genua ligurū dn̄a ac regina q̄ ciuilibus agitata diſcordijs memoria nr̄a impiū maris amiſit. In ea cū excluſo philippo maria mediolanenſiū duce, eius ꝑtore opicio elzaco necato auctore franciſco ſpinula. viij. libertatis capitanei creati eſſent. eiſq; paulopoſt ſublata libertate exactis Guardus Smarde⁹ ducatū accepiſſet annos ſupra. lxx. natus auctore thoma frigoſo q̄ ⁊ ipē olim an̄ philippi dominiū ducali honore funct⁹ fuerat. Cū hō grādeu⁹ ad gubernationē inutil videret

Portugal, SCHEDEL, 1492
comprado em 30/11/58 a Mr. H.G. GIROU em Londres
por £175.00 52.500$00

COLECÇÃO DE MAPAS NABAIS CONDE
0665